# Band V., Nr. N66, Seite 450

*Abt Anselm von Einsiedeln gestattet für den Fall, dass des Klosters Diener Konrad von Zußdorf ohne eheliche Kinder absterbe, die Nachfolge gewisser näher bezeichneter Personen in allen seinen Besitz.*

## Einsiedeln, 1253.

Anseimus, divina miseratione abbas Heremitarum, universis Christi fidelibus presens scriptum intuentibus salutem in Christo Iesu. Notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos quorundam precibus inclinati Conrado dicto de Zusdorf, famulo monasterii nostri, presentibus indulgemus, quod, si absque liberis de legitimo matrimonio genitis decesserit, Adelhaidis soror sua et Gertrudis sua filia nec non et Hainricus dictus Löseli eidem in omnibus bonis suis tam mobilibus quam immobilibus suecedere valeant, ac si legitimi heredes extitissent. Specialiter tamen curtem suam in Walthusen[1] supradictis tribus a nobis petiit assignari, Gertrudi vero curtem suam in Ilwanch de voluntate nostra specialiter assignavit. Volumus etiam ipsum ad ius quod val dicitur non teneri, quia nobis satisfecit. Presentem cedulam sigilli nostri munimine roboratam ipsis duximus concedendam.<br> <br> Actum apud monasterium Heremitarum, anno domini MCCLIII., indictione XI.

—

Nach einem Kopialbuch des Klosters Baindt (17. Jh.), S. 25.

[1] Wohl Ober– und Unterwaldhausen, nördlich vom genannten Zußdorf.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**
Gesamtarchiv der Fürsten zu Waldburg-Wolfegg, Schloss Wolfegg

**Signatur/Titel des Originals:**
WoBai U 20

**Überlieferung und Textkritik:**
Original. Kopialbuch des Klosters Baindt auf Schloss Wolfegg (Sign.: WoWo 16404).

## Weitere Angaben

**Sprache:**
Lateinisch

**Ausstellungsort:**
Einsiedeln

**Aussteller:**
Anselm; Abt von Einsiedeln

**Ortsindex:**
Einsiedeln, Kt. Schwyz, Schweiz<br> Illwangen Wohnplatz (21105)<br> Illwangen, Illmensee, SIG<br> Oberwaldhausen Wohnplatz (20212)<br> Oberwaldhausen, Unterwaldhausen, RV<br> Unterwaldhausen Wohnplatz (20216)<br> Unterwaldhausen, RV<br> Zußdorf Wohnplatz (20599)<br> Zußdorf, Wilhelmsdorf, RV